BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 223
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

uocatus ex cusat cum uoluerit intuere non ualeat. , LX.

Ibant autem turbae multae cum eo & conuersus dixit ad illos: Si quis uenit ad me & non odit patrem suum & matrem & uxorem & filios & fratres & sorores adhuc autem & animam suam non potest meus esse discipulus. Lcl xxxii v. Macvi

Per contrarii lib. & quomodo parentes & carnaliter propinquos praecipimur odisse qui iubemur & inimicos diligere, & ceste de uxore uerbas dicit. Quod si iunxit homo non separet, & paulus ait, Uiri diligite uxores uestras sicut & xps ecclesiam. Cce discipulus uxorem diligendam praecipit cum magister dicit. Qui uxorem non odit non potest meus esse discipulus. Nunquid aliud iudex nuntiat aliud praeco clamat aut simul & odisse possumus & diligere. sed suum praecepta perpendimus utrumque agere p discretionem ualemus. Ut eos quinobis carnis cognatione coniuncti sunt. & quos proximos nouimus diligamus. & quos aduersarios inuadi patimur odiendo & fugiendo nesciamus. Ut autem dns demonstrat & hoc ergo proximos odium non de inaffectione procedere sed de caritate. Addidit protenus dicens. Adhuc autem & animam suam. Tunc enim bene animam nostram odimus cum eius carnalib: desideriis non adquiescimus. cum eius appetitum frangimus eius uoluntatib: reluctamur. Quae egit contempta ad melius ducitur quasi p odium amatur. Sic sic nimirum exhibere proximis nostris odii discretionem debemus utineis & diligamus quod sunt. & habeamus odio quod indi nobis tenere obsistunt. Hoc ipsum uero animae odium qualiter exhibere debeat subdendo uerbas manifestat dicens.

Et qui non baiulat crucem suam & uenit post me non potest meus esse discipulus.

Crux quippe a cruciatu dicitur. & duob: modis crucem dni baiulamus. cum p abstinentia carnem afficimus. Aut per compassionem proximi necessitatem illius nostram putamus. Qui enim dolorem exhib. & in aliena necessitate crucem postat in mente. Sciendum uero. e. quod sunt nonnulli qui carnis abstinentia non pro deo sed pro inani gloria exhibent. & sunt plerique qui compassionem proximo non spiritaliter inpendunt. Ut ei non adiuti tutem sed quasi miserando ad culpas faueant, hi utique crucem quidem uidentur ferre sed dnm non sequuntur. Unde ceste haec eadem uerbas dicit. Qui non baiulat crucem suam & uenit post me non potest meus esse discipulus. Baiulare enim crucem & post dnm ire. e. uel carnis abstinentia. uel compassione proximo studio aeque intentionis exhibere. Namque quisquis aut pro tempore alii intentione exhib. & Crucem quidem baiulat sed ire post dnm recusat quod uero sublimia praecepta data sunt. Protinus compunctio aedificande sublimitatis adiungitur cum dicitur.

Quis enim ex uobis uolens turrem aedificare non neprius sedens Lcl xxxiii x. sal.